audite nos **A**ndicison **A**ndicison.

**P**ater de celis deus misere  
nobis **F**ili redemptor mundi  
deus misere nobis **S**piritus  
sancte deus misere nobis.

**S**ancta trinitas unus deus **A**n.  
**S**ancta maria ora pro nobis  
**S**ancta dei genitrix. **O**ra.  
**S**ancta uirgo uirginum **O**ra.  
**S**ancte michael **O**ra.  
**S**ancte gabriel **O**ra.  
**S**ancte raphael **O**ra.  
**S**ancti angeli & archa

geli orate pro nobis.

**S**ancte iohannes baptista orate  
**O**mnes sancti patriarche et  
 prophete orate

**S**ancte petre orate

**S**ancte paulo orate

**S**ancte andrea orate

**S**ancte iacobe orate

**S**ancte iohes euangelista orate

**S**ancte thoma orate

**S**ancte philippo orate

**S**ancte bartholomee orate

**S**ancte simon orate

**S**ancte iuda orate

**O**mnes sancti apostoli & euangeliste orate

**S**ancte stephane orate

**S**ancte laurenti orate

**S**ancte vincenti orate





Sancte sebastiane or.  
sancte xpofoze or.  
sancte ypolite cu soene tuus or.  
sancte maucia y soc. t. or.  
sancte dyomisi y soc. t. or.  
omnes sancti martires or.  
sancte yrsme or.  
sancte siluester or.  
sancte leo or.  
sancte austregisille or.  
sancte ambrosi or.  
sancte augustine or.  
sancte ieromime or.  
sancte nicholae or.  
omnes sancti confessorce or.  
sancta maria magdalena or.  
sancta maria egyptiaca or.  
sancta katherina or.



**S**ancta margareta. or.  
**S**ancta anna. or.  
**S**ancta agnes. or.  
**S**ancta cecilia. or.  
**S**ancta fides. or.  
**S**ancta spes. or.  
**S**ancta caritas. or.  
**O**mnes sancte uirgines. or.  
**O**mnes sancti & sancte. or.  
**R**ogante esto pro nobis dñe.  
**R**ommi malo libera nos dñe.  
**R**emissione dyaboli. or.  
**R**adulphure & tempestate. or.  
**R**ecitate cordis. or.  
**R**ecarnalibz desiderie. or.  
**R**er aduentum tuum. or.  
**R**er natiuitatem tuam. or.  
**R**er passionē & mortē tuā. or.





**P**er resurrectionem tuam. *sb.*

**P**er ascensionem tuam. *sb.*

**P**er gram sã sp̃s pacti. *sb.*

**I**n hora mortis succurre no-

bis dñe. **I**n die iudicij. *sb.*

**P**eccatores te rogamus audi-

nos. **A**t aias nras & parentũ

nostroz ab eterna damnatione

eripias. *tk.* **A**t omnibz fidei-

bue defunctis requiem eterna do-

nes. *tk.* **A**t fructus terre dave

& cõservare digneris. *tk.* **A**t

pacem nobis donec. *tk.* **A**t no-

cras audire digneris. **F**ili dei. *tk.*

**F**ili dei. *tk.* **F**ili dei. *tk.*

**A**gnus dei qui tollis peccata

mundi parce nobis dñe. **A**gnus

dei qui tollis pctã mundi exaudi

96  
nos domine. **A**gnus dei qui  
tollis peccata mundi miserere no-  
bis dona nobis pacem. *kyrieleyson.*  
*xp̄eleison.* *kyrieleyson.* *Pat̄r.*  
Et ne nos. Sed libera. *℞.* Domine ex  
audi oracionem meā. *℞.* Et clamor  
meus ad te ueniat. *Oremus. orō.*

**D**eus cui propriū est mi-  
sereri semper & parcere su-  
sape deprecacōem nostrā ut quos  
delictorū cathena constrinxit mi-  
seratio tue pietatis absoluat. *or.*

**F**idelium deus omnium con-  
ditor & redemptor aīabz  
famulorū familiarū qz tuarum  
remissionē cunctorū tribue pecca-  
torū ut indulgenciā quā semp  
optauerunt p̄ns supplicacōibz



consequantur. Qui huius & Reg  
nas & c.



*ā. Placabo. ps.*  
*Alexi quoniam et*  
*audiet dominus*





uocem orationis mee **Q**uia i  
clamauit aurem suam michi ⁊ in  
diebus meis inuocabo **Q**uicū de  
derūt me dolores mortis ⁊ pericula  
inferni inuenerūt me. **T**ribula  
tionem ⁊ dolorem inueni ⁊ nomen do  
mini inuocaui **D**ñe libera  
aiam meā misericors dñs ⁊ iustus  
⁊ deus noster miseretur **I**usto  
dicens paruulos dñs humiliatus  
sum ⁊ liberauit me **N**on mittere  
anima mea in requiē tuā quia  
dñs benefecit tibi **Q**uod eripu  
it aiām meā de morte oculos me  
os a lacrimis pedes meos a lapsu.  
**S**uadebo dño in regione uiuorū.  
**R**equiē eternā dona eis dñe ⁊  
lux perpetua luceat eis. *antiphō.*

Placeto dño in regione uiuor. *ā.* *Heu m.*  
**A**d dñm cum tribularet  
 clamaui ⁊ exaudiuit me.  
**N**e libera aīam meā a labijs  
 iniquis ⁊ a lingua dolosa. **Q**uid  
 datur tibi aut quid apponatur tibi  
 ad linguam dolosam. **S**agitte  
 potentis acutę cū carbonibz deso  
 latoris. **H**eu michi qz icola  
 tus meus prolongatus est habi  
 tavi cum habitātibz cedar multū  
 icola fuit aīa mea. **Q**ū his  
 qui oderūt pacem eram pacificus  
 cum loquebar illis impugnabāt  
 me gratis. **N**equem. *āñ.*  
*Heu michi qz icolatus mēs prolongatus*  
**H**eu michi qz icolatus mēs prolongatus  
 est. *ā.* *Dñs custodit. ps*  
 euau oculos meos in



montes unde ueniet auxiliū mī.

**A**uxiliū meū a dño qui fe-  
cit celum & terram. **N**on det in  
comocione pedē tuū neqz dormitet q̄  
custodit te. **E**cce non dormita-  
bit neqz dormiet qui custodit israel.

**D**ñs custodit te dñs protectio  
tua sup manū dexterā tuā. **P**er  
diem sol non uret te neqz luna

per noctē. **D**ominus custo-  
dit te ab omni malo custodiat ani-  
mam tuā dominus. **D**ominus  
custodiat introitū tuū & exitum  
tuū ex hoc nūc & usqz in seculum.

**R**equiem, añ. Dñs custodit te  
ab omni malo custodiat aīam tuā dñs.

**D**añ. Si iniquitates. ps̄ d̄.  
Ex profundis clamaui ad



te domine dñe exaudi uocē meam.

**A**ccipiant aures tue intendentes  
 in uoce deprecationis mee. **S**i in  
 iquitates obseruaueris dñe dñe q̄s  
 sustinebit. **Q**uod apud te propi  
 acatio est et propter legem tuam su  
 stinui te dñe. **S**ustinuit aīa  
 mea in uerbo eius sperauit anima  
 mea in dño. **E**t custodia matu  
 tina usq; ad noctem speret israel in  
 dño. **Q**uod apud dñm misericordi  
 a et copiosa apud eū redemptio.  
**E**t ipse redimet israel ex omni  
 bus iniquitatib; eius. **R**equie  
 añ. Si iniquitates obseruaueris dñe  
 dñe quis sustinebit. añ. Opera. ps.  
**C**onfitebor tibi domine i  
 toto corde meo quoniam





audisti uerba oris mei. **I**n con-  
spectu angelorum psallam tibi deus  
meus adorabo ad templum sanctum  
tuum et confitebor nomini tuo. **S**u-  
per misericordia tua et ueritate tua quoniam ma-  
gnificasti super omne nomen san-  
ctuum. **I**n quacumque die inuoca-  
ueris te exaudi me multiplicabis  
in anima mea uirtute. **C**onfite-  
antur tibi domine omnes reges terre  
quod audierunt omnia uerba oris tui.  
**E**t cantent in uersibus domini quoniam  
magna est gloria domini. **Q**ui  
excelsus dominus et humilia respicit  
et alta a longe cognoscit. **S**i  
ambulaueris in medio tribula-  
tionis uiuificabis me et super iram  
inimicorum meorum extendisti manum

tuam & saluum me fecit dextera  
tua. **D**ñs retribuet pro me  
dñe misericordia tua in seculum  
opera manuum tuarum ne despicias

**R**equiem. *an.* Opera manuum  
tuarum dñe ne despicias. *vers.* Audiu  
uocem de celo dicentem michi. *R.* Beati  
mortui qui in dño moriuntur. *ant.*

**M**agnificat aia mea dñm  
Et exultauit spiritus meus i  
deo salutari meo. **Q**z respexit  
humilitatem ancille sue ecce enim  
ex hoc beatam me dicent omnes genera  
tiones. **Q**z fecit michi magis  
qui potes esse sanctum nomen eius.

**E**t misericordia eius a progenie i pro  
genies timetibus eius. **F**ecit po





tenciam in brachio suo dispersit  
superbos in corde suo. **Q**uod  
posuit potentes de sede et exaltauit  
humiles. **Q**ui furientes impleuit  
bonis et diuites dimisit in aues.  
**A**uscipit israel puerum suum re-  
cordatus misericordie sue. **S**icut locu-  
tus est ad patres meos abraham et  
semini eius in secula. **Q**ui equie-  
rit. **U**n. Omne quod dicit michi pater ad  
me ueniet et eum qui uenit ad me non eiciam  
foras. Pater meus. Et ne nos. Sed libera.  
**L**auda anima mea dominum  
laudabo dominum in uita  
mea psallam deo meo quoniam diu fuerit.  
**N**olite confidere in principibus  
in filiis hominum in quibus non  
est salus. **S**cribit spiritus eius

⁊ reuertetur in terrā suā in illa  
 die peribūt omnes cogitacōes eorū  
**S**ecutus auis deus iacob ad  
 iutor eius hys eius in dño deo  
 ipius qui fecit celū ⁊ terrā mare  
 ⁊ oīa que in eis sūt. **Q**ui tu  
 stodit ueritatē in seculum facit  
 iudiciū inuiriā p̄uētibz dat  
 escam esuriētibz. **D**ñs sol  
 uit compeditos dñs illuminat  
 cecos. **D**ñs erigit elisoe dñs  
 diligit iustos. **D**omine  
 custodit aduenas pupillū ⁊ ui  
 duam suscipiet ⁊ uias peccatorū  
 disperdet. **R**egnabit domini  
 in secula deus tuus spon in omni  
 generacōe ⁊ generacione. **R**e  
 quem et. *Ps. A porta inferi. Ps.*



Erue dñe aīas eoz. *℟.* Requiescant ī  
pace. Amen. *℟.* Dñe exaudi oronem  
meam. *℞.* Et clamor meus ad te uēiat.

**D**eus uenie largitor & hu  
mane salutis amator  
quesumus clemenciā tuā ut nre  
congregacionis fratres propīquo  
& benefactores nros qui ex hoc seculo  
transierūt beata maria semper  
uirgine intercedere cum omnibus  
sanctis tuis ad perpetue beatitudi  
nis consortiū peruenire concedas.

**D**eus qui nos patrem et  
matrem honorare prece  
pisti miserere clemēter animabz  
patris & matris mee eoz qz pctā  
dimitte me qz eos ī eterne clarita  
tis gaudio fac uidere. per. *ōrō.*

**M**axima domine aue tua  
ad preces nras quibus  
misericordia tuam supplices de  
precamur ut aiam famuli tui  
qua de hoc seculo migrare iussisti  
in pacis ac lucis regione constitu  
as et scoz tuoz iubeas ee conforre

**F**idelium deus omnium  
conditor et redemptor  
amnatuqz famuloz famularuqz  
tuarum remissione cunctorum  
tribue peccatoz ut indulgentia  
qua semp optauerunt pns suppli  
cacionibz consequatur. Qui uiuis.

*Trinitatoriu.* **R**egem cui omnia  
uiuunt. uenite adoremus. *Ps dauid.*

**V**enite exultemus dno  
iubilemus deo salutari





nostro precupemus faciem eius in  
confessione et in psalms iubilem<sup>9</sup>  
ei. Regem cui omnia vniunt uenite  
adoremus. **Q**uoniam deus magnus  
dominus et rex magnus super deos  
quia non repellit dominus plebem  
sua quia in manu eius sunt omnes fi-  
nes terre et altitudines montium  
ipse conbricat. Venite adoremus.  
**Q**uia ipse est in mare et ipse fecit  
illud et arida fundauerunt manus  
eius uenite adoremus et prociadam<sup>9</sup>  
ante deum ploremus coram domino qui  
fecit nos quia ipse est dominus deus noster  
nos autem populus eius et oues  
pascue eius. Regem cui omnia vniunt  
venite adoremus. **H**odie si uocem<sup>9</sup>  
eius audieritis nolite obdurare



corda uestra sicut in exacerbacione  
secundū diem temptacionis i deserto  
ubi temptauerūt me patres uestri  
probauerūt et uiderūt opera mea.

Venite adoremus. **Q**uadragesima  
annis proximis fui generacioni  
huic & dixi semper hū errant corde  
ipi uero non cognouerūt uias me  
as quibz iuravi in ira mea si introi  
bunt in requiem meā. Regem cui

omnia bñūt. Venite adoremus. **R**e  
quiem eternam dona eis dñe & lux  
perpetua luceat eis. Venite adoremus.

Regem cui omnia bñūt. Venite adoremus.

*In pmo noctūo añ. Dirige. ps. ad.*

**U**erba mea auribz percipe  
domine intellige clamor  
rem meū. **I**ntende uox oratio





me mee rex meus & deus meus.

**Q**uoniam ad te orabo domine ma-  
ne exaudies uocem meam. **M**ane  
astabo tibi & uidebo quoniam non deus  
uolens iniquitatem tuam. **N**eque  
habitabit iuxta te in malignis  
neque permanebunt iniusti ante  
oculos tuos. **D**isti omnes  
qui operantur iniquitatem perdes  
omnes qui loquuntur mendacium.

**I**rum sanguinum & dolosum  
abominabitur dominus etiam  
in multitudine misericordie tue. **I**n-  
trabo in domum tuam adorabo ad  
templum sanctum tuum in timore  
tuo. **N**e deduc me in iusticia  
tua propter inimicos meos diri-  
ge in conspectu tuo uiam meam.

**Q**uoniam non est in ore eorum ueritas  
 cor eorum uanum est. **S**icut epulatum  
 patet est guttur eorum lingua sua  
 dolose agebant iudica illos deus.  
**D**ecidat a cogitationibus suis  
 secundum multitudinem impietatum  
 eorum expelle eos qui irritauerunt te  
 domine. **E**t letentur omnes  
 qui sperant in te in eternum exul-  
 tabunt et habitabis in eis. **E**t  
 gloriantur in te omnes qui di-  
 ligunt nomen tuum quoniam tu bene-  
 dicere iusto. **D**omine ut scuto bo-  
 ne uoluntatis tue coronasti nos.  
**R**equiem. *an.* Dirige domine deus  
 meus in conspectu tuo uiam meam.  
**D**omine ne in furore tuo





arguas me neque in ira tua corri-  
pias me. **Q**uoniam miserere mei domine  
quoniam infirmus sum sana me domine  
quoniam conturbata sunt omnia ossa  
mea. **E**t anima mea turbata est  
valde sed tu domine usquequo. **N**on  
revertere domine et eripe animam meam  
salvum me fac propter misericor-  
diam tuam. **Q**uoniam non est in mor-  
te qui memor sit tui in inferno  
autem quis confitebitur tibi. **U**na  
hora in gemitu meo lavabo per  
singulas noctes lectum meum lacri-  
me meae stratum meum rigabo.  
**T**urbatus est a furore oculus  
meus inieceram inter omnes  
inimicos meos. **D**iscedite a  
me omnes qui operamini iniqui

tatem qm̄ exaudiuit dñs uocē  
 fletus mei. **E**xaudiuit dñs  
 deprecationē meam dñs oratio  
 nem meā suscepit. **R**ubescāt  
 & conturbentur uehementer om̄s  
 inimici mei conuertantur & erubescāt  
 ualde uelociter. **R**espem.

*an̄.* Conuertere dñe & eripe animam meam  
 qm̄ non est ī morte qui memor sit tui.

**D**omine deus meus ī te  
 speravi saluum me fac ex omnibz  
 persecutibz me & libera me.

**R**equando rapiat ut leo animam  
 meā dum non est qui redimat neqz  
 qui saluum faciat.

**D**ñe deus meus si feci istud  
 si est iniquitas ī manibz mei





**S**i reddidi retribuētibz mi  
chi mala decida merito ab inimi  
cis meis i amē. **P**ersequatur  
inimicus animā meā & comprehē  
dat & calcet in terra vitā meā  
& gloriā meā in puluere dedu  
cat. **E**t surge dñe in ira tua &  
exaltare in fimbz inimicorū meorū.  
**E**t surge dñe deus meus in  
precepto quod mādisti & synago  
ga populorū circūdabit te. **E**t  
propter hunc in altū regrederē.  
Dñe iudicat populos. **I**udica  
me dñe secundū iusticiā meā &  
secundū innocēciam meā sup  
me. **C**ōsumetur nequicia pec  
catorū & diriget iustū scrutās cor  
da & vince dñs. **I**ustū adiutoriū

meū a domino qui saluos facit  
 rectos corde. **D**eus iudex iustus  
 fortis & paciens nūquid irascit  
 per singulos dies. **N**isi comi  
 si fueritis gladius suum iubeat  
 arcū suum tetendit & parauit  
 illum. **E**t in eo parauit ua  
 sa mortis sagittas suas ardenti  
 bz effecit. **N**ate putuit in iu  
 sticiā concepit dolorem & peperit  
 iniquitate. **N**acū aperuit et  
 effodit eū & incidit in foueā quā  
 fecit. **N**on uertetur dolor eius  
 in caput eius & in uertice ipsius i  
 niquitas eius descēdet. **N**on fi  
 tebor dño secundū iusticiā eius  
 & psallā nomm̄ domini altissi  
 mi. **R**equie. *a.* Nequando ra





piat ut leo animā meā dum non est qui  
redimat neqz qui saluū faciat. **vers⁹.**

A porta inferi. **R.** Erue dñe aīas eorum.  
Pater n̄r. Et uenoe. Sed libera. **leo p̄.**

**D**ate michi dñe: nichil eū  
sunt dies mei. Quid est  
homo qz magnificas eū aut quid  
appoms erga eū cor tuū? Dilatas  
eum diluculo & subito probas illū.  
Usquequo non paries michi nec di  
mittis me ut gluciā saluā meā?  
Peccavi. Quid faciā tibi occustos  
hōm? Quare posuisti me contra  
rium tibi & factus sū michimet  
ip̄i grauis? Cur non tollis petm  
meū & quare non auferis iniquita  
tem meā. ecce nūc in puluere dor  
miā: & si mane me quesieris nō



subsistam. **R.** Credo quod redemptor  
meus uiuit & in nouissimo die de terra sur  
recturus sum et in carne mea uidebo deū  
saluatorem meum. **V.** Quē uisurus  
sum ego ipse & oculi mei conspiciuntur sunt.  
Et in carne mea uidebo deū saluatorem meū.

**D**edet animam meam **scō n̄.**  
uite mee dimittā aduer  
sum me eloquiū meū. Loquar in  
amaritudine aīe mee: dicam deo.  
Noli me condemnare. Indica michi  
cur me ita iudices. Nunquid bonū  
tibi uidetur si calūpniaris & oppri  
mas me opus manū tuarū et  
consiliū impiorū adiuues. Nun  
quid oculi carnei tibi sūt aut sic  
uidet homo & tu uidēs. Nunquid  
sicut dicit hominis dies tui & anni





tui sicut humana sunt tempora.  
Ut queras iniquitatem meam et pec-  
catum meum scuteris. Et scias  
quod nichil inpium fecerim cum sit  
nemo qui de manu tua possit erui.

*Ps.* Qui lazari refulatasti a monu-  
mento fetidum Tu es domine dona requi-  
em et locum indulgentiae. *Ps.* Qui uertur-  
es iudicare uiuos et mortuos et seculum  
per ignem. Tu es domine dona requiem et  
locum indulgentiae. *Lectio tertia.*

**M**anus tue fecerunt me et  
plasmauerunt me totum  
in circuitu et sic repperit precipitas  
me. Ademento queso quod sicut  
lutum feceris me et in puluerem  
reduces me. Nonne sicut lac mul-  
sisti me et sicut caseum me coagu-

casti. Pelle & carnibus uestisti me  
 ossibus & nervis coepigisti me. Di-  
 tam & misericordiam tribuisti michi et  
 visitatio tua custodiuit spiritum  
 meum. **R.** Domine quando ueneris  
 iudicare terram ubi me abscondi a vultu  
 ue tue. Quia peccavi nimis in uita mea.

**V.** Commissa mea pauesco & ante te  
 erubesco dum ueneris iudicare terram  
 noli me condepnare. Quia peccavi  
 nimis in uita mea. **In scdo noctno.**

**Antiph.** In loco. **Psalmus dauid.**

**D**ominus regit me & nichil  
 michi deerit in loco pas-  
 tue ibi me collocauit. **S**uper  
 aquam refectiois educauit me  
 anima mea conuertit. **D**edu-  
 cit me sup semitas iusticie ppter





nomē suū **Q**uam et siambu  
laueo in medio vmbre mortis nō  
timebo mala qm̄ tu mecum es.

**V**irga tua et baculus tuus  
ipsa me consolata sūt.

**P**ara  
sti ī conspectu meo mensā adūsus  
eos qui tribulāt me.

**I**mpīga  
sti in oleo caput meū et calix me  
in ebriatē q̄ preclarus est.

**E**t  
m̄a tua subsequetur me omnib  
diebz uite mee.

**E**t ut in habi  
tem in domo dñi in longitudinē  
dierum.

**R**equiem. *a.* In loco  
pascue ibi me collocavit. *a.* Delicta.

**A**d te dñe leuavi aīam  
mea deus meus in te  
confido non erubescam.

**N**eque  
irideāt me inimici mei etenim

vniuersi qui sustinet te non con-  
 fundatur. **C**onfundatur omne  
 iniqua agētes superuacue. **T**u-  
 as tuas dñe demonstra michi &  
 semitas tuas edoce me. **D**iri-  
 ge me i ueritate tua & doce me qz  
 tu es dñs saluator meus & te susti-  
 niui tota die. **R**emiscere mi-  
 serationū tuarum dñe & miseri-  
 cordiarū tuarū que a seculo sūt.  
**R**elicta iuuetutis mee & ig-  
 norācias meas ne memneris.  
**S**ecundū misericordiā tuā  
 memeto mei tu propter bonita-  
 tem tuam dñe. **D**ulcis & rectus  
 dñs propter hoc legem dabit delin-  
 quentibus in uia. **D**iriget mā-  
 suos i iudicio docebit mites uias sua.





**D**omine miserere uie dñi misericor  
dia ⁊ ueritas requirentibz testa  
mentum eius ⁊ testimonia eius.

**P**ropter nomen tuum dñe pi  
ciaberis peccato meo multū est

enim **Q**uis est homo qui ti  
met dñm letentur statuit ei in uia  
quā elegit **A**nima eius i ho  
me demorabitur ⁊ semen eius

hereditabit terrā **A**nima me  
tum est dñs timentibz eū ⁊ testa  
mentū ipsius ut manifestetur

illie **O**culi mei semper ad  
dñm qm ipse euellet de laqueo

pedes meos **R**espice in me ⁊  
miserere mei qz vnicus ⁊ pauper  
sum ego **T**ribulationes cordis

mei multiplicatae sūt de necessi

tatibus meis erue me. **V**ide  
humilitate mea & laborem meu  
& dimitte vniuersa delicta mea.

**R**espice inimicos meos qm  
multiplicati sunt & odio iniquo  
oderunt me. **C**ustodi animam  
mea & erue me non erubescam qm

speraui in te. **I**mmoctes & rec  
ti adhaerunt michi qz sustinui

te. **L**ibera deus israel ex om  
nibus tribulacionibus suis. **R**e  
quiem. *an.* Delicta iuuentutis mee

& ignoranciae meas ne memneris dne.

**D**omine illuminatio  
mea & salus mea que timebo.

**D**ns protector uite mee a quo  
trepidabo. **D**um appropiat





super me nocentes ut edant carnes  
meas. **Q**ui tribulat me inimi-  
ci mei ipsi infixati sunt et ceciderunt.  
**S**i consistat aduersum me  
castra non timebit cor meum. **S**i  
exurgat aduersum me prelium in  
hoc ego sperabo. **A**niam peti  
a domino hanc requiram ut inhabitem  
in domo domini omnibus diebus uite  
mee. **E**st uidea uoluntatem  
domini et uisitem templum eius.  
**D**ominus abscondit me in taberna-  
culo suo in die malorum protegit  
me in abscondito tabernaculi sui.  
**I**mpetra exaltauit me et nunc  
exaltauit caput meum super inimicos  
meos. **C**ircumui et immolaui  
in tabernaculo eius hostiam uocife-



111  
ratione cātabo ⁊ psalmum dicam  
domino. **E**xaudi dñe vocē me  
am qua clamaui ad te miserere  
mei ⁊ exaudi me. **T**ibi dixit  
cor meū exquisiuit te facies mea  
faciē tuam dñe requira. **N**e au  
tas faciē tuā a me ne declines i  
ura a seruo tuo. **A**diutor me  
esto ne dereliquas me neq; despic  
as me deus salutaris me. **Q**m  
pater meus ⁊ mater mea derelin  
querūt me dñe autem assumpsit  
me. **R**egē pone michi domine  
in uia tua ⁊ dirige me in semita  
recta propter inimicos meos. **N**e  
tradideris me in aīas tribulantiū  
me qm insurrexerūt in me testes in  
iqui ⁊ mentita est iniquitas sibi.





**C**redo uidere bona domini in  
terra uiuentium. **E**xpecta domine  
uiriliter age et confortetur cor tu-  
um et sustine domine. **R**equiem.

**an.** Credo uidere bona domini in terra  
uiuentium. **V.** Collocet eos dominus  
cum principibus. **R.** Cum principibus  
populi sui. **Patet in.** Et ne nos.  
Sed libera nos. **Lectio quarta.**

**R**esponde michi quantas  
habeo iniquitates et pec-  
cata scelera mea atque delicta oste-  
de michi. Cur facie tua abscondis  
et arbitraris me inimicum tuum.  
Contra folium quod vento rapitur  
ostendis potentiam tuam et stipulam  
siccam persequeris. Scribis enim  
contra me amaritudines et con-

sumere me vis peccatis adolescen-  
cie mee. Posuisti in ueruo pedem  
meu & obseruasti omis semitas  
meas. & uestigia pedum meoru  
considerasti. Qui quasi putredo  
consumendus su & quasi uestime-  
tum quod comeditur a tinea. *Ps.*

Memento mei deus qz uentus est vita  
mea. Nec aspiciat me uisus hominis.

*Ps.* Ex profundis clamaui ad te dñe  
domine exaudi uoce meam. Nec aspi-  
ciat me uisus hominis. *Lectio v.*

**H**omo natus de muliere  
breui uiues tempore re-  
pletur multis miserijs. Qui  
quasi flos egreditur & conterit  
& fugit uelut umbra & nunq  
in eode statu permanet. Et





dignum ducas super huiuscemo  
di aperire oculos tuos & adducere  
eum tecum in iudiciū. Quis po  
test facere mundū de immundo  
conceptū semine. Nomen tu q̄  
solus es. Breues dies hominis  
sunt numerus mensū eius apud  
te est. Constituisti terminos eius  
qui preteriri non poterūt. Recede  
ergo paululū ab eo ut quiescat  
donec optata ueniat & sicut mer  
cenarii dies eius. **Ps.** Rex michi  
domine q̄ peccavi nimis in uita mea  
quid faciā miser ubi fugiam nisi ad te  
& meus Misere mei dū ueneris ī no  
uissimo die. **Ps.** Anima mea tur  
bata est ualde sed tu dñe succurre et  
Misere mei dū ueneris ī nouissimo die.

**Q**uis michi *Lectio sexta.*  
 hoc tribuat ut in infer-  
 no protegas me: abscondas me  
 donec transeat furor tuus: con-  
 stituas michi tempus in quo reco-  
 deris mei. Putas ne mortuus ho-  
 mo rursum uiuat? Cūctis diebus abs-  
 tunc misero expecto donec ueniat  
 imitatio mea. *Do*cabis me: ego  
 respondebo tibi. Operi manuum  
 tuarū porrige dexterā. Tu quide-  
 m thersus meos diminuerasti sed pro  
 peccatis meis. *R.* Ne recorderis peccata  
 mea dñe dum ueneris iudicare seculum  
 per ignem. *V.* Dirige dñe de nris in con-  
 spectu tuo uiam meā. Dum ueneris iu-  
 dicare seculum per ignem. *In tertio*  
*nocturno a.* *Ps dauid.* Complacat.





**E**xpectans expectavi dñm  
et intendit michi. **E**t  
exaudiuit preces meas: eduxit  
me de lacu miserie et de luto fecis.  
**E**t statuit supra petra pedes  
meos: duxit gressus meos. **E**t  
innuit in os meum canticum nouum  
carmen deo meo. **V**idebunt  
multi et timebunt et sperabunt in  
dño. **B**eatus uir cuius est  
nomen dñi spes eius et non respex-  
it in uanitates et in sanas falsas.  
**M**ulta fecisti tu dñe deus meus  
inmirabilia tua et cogitationibus  
tuis non est quis similis tibi.  
**A**nnunciaui et locutus sum  
multiplicati sunt super numerum.  
**S**acrificium et oblationem uolui

sti aures autem perfecisti michi.

**N**olo caustum et pro peccato non postulasti tunc dixi ecce uenio.

**I**n capite libri scriptum est de me ut facerem uoluntatem tuam deus meus uolui et lege tuam in medio cordis mei.

**A**nnuntia in iusticia tua in ecclesia magis ecce sabia mea non prohibebo domine tu scisti.

**I**usticiam tuam non abscondi in corde meo: ueritatem tuam et salutare tuum dixi.

**N**on abscondi misericordiam tuam et ueritatem tuam a consilio multo.

**T**u autem domine ne longe facias misericordias tuas a me misericordia tua et ueritas tua semper susceperunt me.

**Q**uoniam circumdederunt me





mala quorum non est numerus  
comprehenderunt me iniquitates mee  
et non potui ut uiderem. **M**ulti-  
plicate sunt super capillos capitis mei  
et cor meum dereliquit me. **N**on pla-  
ceat tibi domine ut eruas me domine ad  
adiuuandum me respice. **N**on fu-  
dantur et reuertantur simul qui que-  
runt animam meam ut auferant eam.  
**A**uertantur retrorsum et reuertan-  
tur qui uolunt michi mala. **H**er-  
rant confestim confusione sua qui  
dicunt michi euge euge. **E**xultet  
et letentur super te omnes querentes  
te et dicant semper magnificatur  
domine qui diligunt salutare tuum.  
**E**go autem mendicium sum et  
pauper domine sollicitus est meus. **A**d



nitor meus & protector meus tu  
es deus meus ne tardaveris. **Re**  
quiem. **ant.** Complacere tibi dñe  
ut eruas me dñe ad adiuvandū me  
respice. **an.** Sana dñe. **Ps dauid.**

**B**eatus qui intelligit sup  
regem & pauperem in die  
mala liberauit eum dñe. **D**ñs  
conseruet eū & viuificet eū & beatū  
faciat eū in terra & nō tradit eū in  
āiam inimicōr eius. **D**ñs ope  
ferat illi sup lectū doloris eius im  
uersū stratum eius uersasti in in  
firmitate eius. **E**go dixi dñe  
miserere mei sana āiam meā qz  
peccavi tibi. **I**nimica mei dix  
erunt mala michi quando morie  
tur & peribit nomē eius. **E**t si





ingrediebatur ut uideret uana  
loquebatur cor eius congregab<sup>t</sup>  
iniquitate sibi. **E**ngrediebat<sup>r</sup>  
foras et loquebatur in idipsum.  
**A**duersu me susurrabant os  
inimici mei aduersu me cogita  
bant mala michi. **U**erbum  
iniquu constituerunt aduersum  
me iniquid qui dormit non adi  
acet ut resurgat. **S**temm ho  
mo pacis mee i quo speraui qui  
edebat panes meos magnificau<sup>t</sup>  
sup me supplantatione. **T**u  
autem dne miserere mei resusa  
ta me et retribuā eis. **I**n hoc  
cognoui qm uolui sti me qm no  
gaudebit inimicus ms sup me.  
**M**e autem propter innocen

aam suscepisti: & confirmasti me  
 i conspectu tuo in eternum. **B**e  
 nedictus dñs deus israel a seculo  
 & in seculum fiat fiat. **R**equi  
 em. *an.* Sana dñe anima mea qz  
 peccavi tibi: *an.* Sitiuit. *ps ad.*

**Q**uem ad modum desiderat  
 cervus ad fontes aquarum  
 ita desiderat anima mea ad te deus.

**S**itiuit anima mea ad deum fontem  
 vivum quando veniam & appeto  
 ante facie dei. **V**enerunt michi  
 lacrimae mee panes die ac nocte  
 su dicitur michi cotidie ubi est  
 deus tuus. **N**ec recordatus sum  
 & effudi in me animam meam qm  
 transibo in locum tabernaculi ad  
 mirabile usqz ad domum dei.





**I**n uoce exultationis et con-  
fessionis somne epulantis. **Q**ua-  
re tristis es anima mea et quare con-  
turbas me. **S**pera in deo quoniam  
ad huc confitebor illi salutare  
vultus mei et deus meus. **A**d  
me ipse anima mea turbata est prop-  
terea memor ero tui de terra ior-  
dane et hermonim a monte modico.  
**A**bissus abissum inuocatum  
uoce catharatarum tuarum. **A**nia  
excelsa tua et fluctus tui super me  
transierunt. **I**n die mandauit  
dominus misericordiam suam et nocte canticum  
eius. **A**pud me oratio deo ui-  
te mee dicam deo susceptor meus  
et. **Q**uare oblitus es mei et  
quare contristatus incedo diuin-

affligit me inimicus. **D**um  
 confringuntur ossa mea exprobra  
 uerunt michi qui tribulant me

inimici mei. **D**um dicunt  
 michi per singulos dies ubi est  
 deus tuus quare tristis es anima  
 mea & quare conturbas me. **S**pe  
 ra in deo quoniam adhuc confitebor il  
 lic salutare vultus mei & deus meus.

**R**equiem. *an.* Sitiuit anima  
 mea ad deum fontem viuum quando ue  
 niam & apparebo ante faciem domini. *V.*

Ne tradas bestias animas confitentium. *Rp.*

Et animas pauperum tuorum ne obliuiscaris  
 in finem. Miserere noster Et ne nos.

Sed libera nos. *Lectio vii.*

**S**piritus meus attemi  
 abitur dies mei breuia





buntur & solum michi superest se-  
pulerum. Nam peccavi: & in aima-  
ritudinibus inoratur oculus meus.  
Libera me dñe & pone me iuxta te.  
& auisus manus purget contra  
me. Dies mei transierunt cogita-  
tiones mee dissipate sunt torquen-  
tes cor meum. Noctē vertentur i die  
& rursus post tenebras spero lucē.  
Si sustinuerō infernus dominus  
mea est & i tenebris stravi lectu-  
lum meum. Putredini dixi pater  
meus es mater mea & soror mea  
veribus. Ubi ē ergo nūc presto  
lacio mea & paciēcia mea tu es  
domine dē meus. **Ps.** Deccante  
me cotidie & non me penitente timor  
mortis cōturbat me Quia i inferno

nulla est redemptio miserere mei de  
et salua me. *Ps.* De in nomine tuo  
saluum me et in misericordia tua libera me.  
Quia in inferno nulla est redemptio mi  
serere mei de et salua me. *Lcō vñ.*

**D**elli mee consumptis  
carnibus adhesit os meum  
et derelicta sunt tantummodo labia  
mea circa dentes meos. Misere  
mini mei miseremini mei salte  
vos amici mei quia manus domini  
tetigit me. Quare persequimini  
me sicut de et carnibus meis satu  
ramini. Quis mihi tribuat ut  
scribantur sermones mei. Quis  
michi det ut exarctur in libro  
stilo ferreo et plumbilamina vel  
celte sculpantur in silice. *Sao*





enim q̄ redemptor meus uiuit &  
in nouissimo die de terra surretu-  
rus sum: & rursum circumdabor pel-  
le mea & i carne mea uidebo deū  
saluatorem meū. Quem uisurus  
sum ego ip̄e & oculi mei conspiciuri  
sūt & non alius. **Respons.** Hec  
sp̄s mea in sinu meo. **Respons.**  
Domine secundū actū meū noli me  
iudicare nichil dignū in conspectu tuo  
egi ideo deprecor maiestatem tuā. **Oratio.**  
tu de deleas iniquitatem meam. **versus.**  
Amplius laua me dñe ab iniquitate  
mea & a delicto meo munda me. **Oratio.**  
tu de deleas iniquitatem meā. **scō nona.**  
**Q**uare de uulua eduxisti  
me qui utinā consuptus  
essem ne oculus meus uideret. **fius**



sem quasi non essem de utero trās  
 latus ad tumulum. Nūquid non  
 pauatāe dierū meorū finietur bre  
 ui. Omite me ergo ut plangam  
 paululū dolorē meum antequam  
 uadā & non reūtar ad terrā tene  
 brosam & operta mortis caligine.  
 Terrā miserie & tenebrarū ubi um  
 bra mortis & nullus ordo sed sem  
 pitemus horror i habitans. **Ps.**  
 Libera me domine de morte eterna in  
 die illa tremenda. Quando celi mouēdi  
 sunt & terra. Dū ueneris iudicare scīm  
 per ignem. **V.** Tremēs factus sū ego  
 & timco dū discussio uenerit atqz betu  
 ra ira. Quando celi mouendi sūt & tra  
 dū ueneris iudicare scīm pigne. **V.**  
 Dies illa dies ire calamitatis & mise





re dies magna & amara valde. Dum  
veneris iudicare sc̄m p̄ ignem. **Vers⁹.**  
Requiem eternā dona eis dñe & lux  
perpetua luceat eis. **Ps.** Libera  
me dñe de morte eterna in die illa  
tremēda q̄n celi mouendi sūt & t̄ra  
Dum veneris iudicare sc̄m p̄ ignem.

**In laudib⁹.** Requiem eternam do  
na eis domine. **Ps.** Et lux perpetu  
a luceat eis. **an̄.** Exultabūt. **Ps.**

**M**iserere mei dē secundū  
magnā misericordiā  
tuā. **Et** secundū multitudinē  
misericordiā tuarum dele iniqui  
tatem meā. **Imp**ius lava  
me domine ab iniquitate meā &  
a peccato meo munda me. **Qm̄**  
iniquitatem meā ego cognosco

et peccatum meum contra me est se  
 per **T**ibi soli peccaui, et malum  
 coram te feci ut iustificaris in sermo  
 nibus tuis et vincas cum iudicaris.  
**Q**uoniam ecce enim iniquitatibus conceptus  
 sum et in peccatis concepit me  
 mater mea **Q**uoniam ecce enim verita  
 tem dilexisti in cetera et occulta sa  
 pientiae tuae manifestasti michi.  
**A**sperserit me domine ysoopo et  
 mundabor lavabis me et super ni  
 vem dealbabor **J**udicium meo  
 dabis gaudium et letitiam et exulta  
 bunt ossa humiliata **V**er  
 faciem tuam a peccatis meis et omnes  
 iniquitates meas dele **Q**uia  
 mundum creavit in me deus et spiritum  
 rectum in nova in iustis scribitur





meis. **N**e proicias me a facie  
tua & spm scm tuum ne auferas  
a me. **R**edde michi leticiam

salutare tuu & spm principali co  
firma me. **D**ocebo iniquos vi  
as tuas & inppn ad te conuertan  
tur.

**L**ibera me de sanguini  
bus deus ds salutis mee & exulta  
bit lingua mea iusticiam tua.

**D**omine labia mea aperies  
& os meu annuntiabit laudem tua.

**Q**m si voluisses sacrificiu de  
dissem vtqz holocaustis no delec  
tabere.

**S**acrificiu deo spms  
contribulatus cor contritum et  
humiliatu deus non despicias.

**B**enigne fac domine in bona  
voluntate tua spon ut edificent

muri iherusalem. **T**unc ac  
ceptabis sacrificium iusticie ob  
lacoes & holocausta tunc impo  
nent sup altare tuum vitulos.

**R**equiem. *Ant.* Exultabit  
domino ossa humiliata. *a.* Exaudi

**Q**ue decet hymnante deus  
in syon & tibi reddetur  
votum in iherusalem. **E**xaudi de

oracionem meam ad te omnis caro ue  
niet. **V**erba iniquorum preualue  
runt sup nos & impietatibus nostris  
tu propiciaaberis. **B**eatue que

electisti & assumpsisti inhabita  
bit matris tue. **R**eplebimur  
in bonis domus tue sanctum est  
templum tuum mirabile in equitate.

**E**xaudi nos de salutaris nost





spes omnium firmi terre & in mari  
longe **P**roximas motes in vir-  
tute tua accutus potera qui con-  
turbas profundu maris somnum  
fluctuum eius **T**urbabuntur  
gentes & timebunt qui habitant  
terminos a signis tuis eritue  
matutim & vespere desolabis **Q**  
sitaasti terra & inebriasti ea mul-  
tiplicasti locupletare ea **F**lumen  
dei repletu est aquis parasti abu il-  
lorum qm ita e preparacio eius **Q**  
uos eius inebrias multiplica gem-  
mina eius i stillicidne eius letabz  
germinas **B**enedicet corone  
agm benignitatis tue & campi tui  
replebuntur ubertate **D**ingues-  
cent speciosa deserti & exultacione

colles attingetur **I**nduti sunt  
arctes ouium & ualles habundabit  
frumento clamabunt semm hymm

num dicet **R**equiem eter. *an.*  
Exaudi domine oronem meam ad te omnes  
caro ueniet. *an.* Me suscepit. *ps. 137.*

**D**eus deus meus ad te de luce  
vigilo **S**ituit in te

anima mea omni multipliciter tibi ca  
ro mea **I**n terra deserta i iua  
& i aquosa sic i scd apparui tibi  
ut uiderem uirtute tua & gloriam

tua **Q**uia melior est misericordia tua  
super uitas labia mea laudabit  
te **S**ic benedicam te in uita mea

& in noie tuo leuabo manus me  
as **S**icut ad ipe & pinguedi  
ne repleatur anima mea & labne





exultatione laudabit os meum. **S**i  
memor fui tui sup stratum meum in  
matutinis meditabor in te qz fuisti  
adiutor meus. **E**t in uelamento  
alarum tuarum exultabo adhesit anima  
mea post te me suscepit dextera tua.

**I**pi uero in vanum quiesierunt  
aquam meam introibunt in inferora  
terre tradentur in manus gladii vir-  
tes vulpium erunt. **S**er uero leta-  
bitur in deo laudabuntur omnes qui  
mirantur eum qz obstructum est os lo-  
quencium iniqua. *Ps. dauid.*

**D**eus miseratur nostri  
et benedicat nobis illuget  
vultum suum sup nos et miseratur  
in. **U**t cognoscamus in terra vi-  
am tuam in omnibus gentibus salu-



tare tuū. **C**onfiteantur tibi  
 populi dē confiteātur tibi populi  
 oēs. **M**otentur & exultēt gentes  
 qm iudicas p̄p̄lōs ineq̄tate & gētes  
 in terra dirigis. **C**onfiteantur  
 tibi p̄p̄lī deus confiteātur tibi po  
 puli oēs terra dedit fructū suum.

**B**enedicat nos dē dē noster be  
 nedicat nos dē & metuant eum oēs  
 fines terre. **R**equiem, *ant.*

Te suscepit dextera tua dñe. *ā.* Porta

**E**go dixi i dñm **M**iseri.  
 dio dierū meor vadam  
 ad portas inferi. **Q**uesivi re  
 fiduū amor meor dixi non vide  
 bo dñm deum in terra viuencū.

**N**on aspiciā hominē ultra et  
 habitatorē quietis. **G**eneracio





mea ablata & conuoluta ē a me  
quasi tabernaculū pastor. **D**ie  
tisa ē velut a terāte vita mea dū  
adhuc ordiret succidit me de ma  
ne usqz ad uesperā fimee me.

**S**perabā usqz ad mane q̄su  
leo sic contriuit oīa ossa mea.

**D**e mane usqz ad uesperā fi  
mes me sicut pullus h̄rūdine  
sic clamabo meditabor ut colūba.

**E**t tenuati sūt oculi mei suspi  
cantes in excello. **D**ne v̄m pa  
cior respōde p̄ me quid dicā aut  
quid respōdebit michi cū ip̄e fece  
rim. **R**ecogitabo tibi oīs annos  
meos i amāritudine anime mee.

**D**ne si sic viuatur i talibz  
vita sp̄s mei corripies me s̄ viu

ficabis me ecce in pace amaritudo  
 mea amarissima. **T**u autem  
 erusti animam meam ut non periret  
 proiecasti post tergum tuum omnia peccata  
 mea. **Q**uoniam non infernus confite  
 bitur tibi neque mors laudabit te  
 non expectabunt qui descendunt in la  
 cum ueritatem tuam. **Q**uies uices  
 ipse confitebitur tibi sicut et ego ho  
 die pro filijs nota faciet ueritatem  
 tuam. **D**omine saluum me fac et  
 psalmos meos cantabimus cunctis  
 diebus uite mee in domo domini. **R**e  
 quem. *a.* A porta inferi erue domine  
 animam meam. *a.* Omnes spiritus. *ps.*  
**L**audate dominum de celis lau  
 date eum in excelsis. **L**au  
 date eum omnes angeli eius lauda





te eum omnes uirtutes eius. **L**audate eum sol & luna laudate eum stelle & lumen. **L**audate eum celi celorum & aque que super celos sunt laudent nomen domini. **Q**uia ipse dixit & facta sunt ipse mandauit & creata sunt. **S**tatuuit ea in eternum & in seculum. **S**eculi preceptum posuit & non preteribit. **L**audate dominum de terra dracones & omnes abyssi. **I**gnis & grandis & nix & glacies spiritus procellarum que faciunt uerbum eius. **M**ontes & omnes colles ligna fructifera & omnes arborum. **B**estie & omnium fera pectora serpentes & volucres pennate. **R**eges terre & omnes populi principes & omnes iudices terre. **I**uuenes & uirgines senes cum nimioribus laudent nomen domini quia exaltatum

est. nomen eius solius. **C**onfessi  
 o eius sup celū & terrā & exaltauit cor  
 ni populi sui. **D**ominus omibz  
 sc̄is eius filius israel populo appropi  
 quanti sibi. *psalmus dauid.*

**C**antate dño cantici noui  
 laus eius in ecclesia sc̄orum.  
**P**retetur isrl̄ in eo qui fecit eū & fi  
 lie syon exultēt in rege sue. **Au**  
 dent nomē eius i choro i tympano &  
 psalterio psallat ei. **Q**uia benepla  
 citū est dño in populo suo & exultauerunt  
 mā sutes in salute. **E**xultabūt  
 sancti i gloria letabūtur in cubilibz  
 suis. **E**xultacōes dei in choro  
 cor & gladii accipite i manibz cor.  
**A**d faciendū vindictā in nationibz  
 in arripacōes in poplis. **A**d alligan





dos reges eorum in cōpedibus et nobiles  
eorum in manibus ferreis. **U**t faciāt  
in eis iudiciū conscriptū gloria hec  
est omnibus sanctis eius. *ps. ad.*

**L**audate dñm in sanctis eius  
laudate eū in firmaniento  
uirtutis eius. **L**audate eū in uir  
tutibus eius laudate eū secundū  
multitudinē magnitudinis eius.

**L**audate eum in sono tube laudate  
eum in psalterio et cythara.

**L**audate eum in tympano et choro laudate  
eū in cordis et organo.

**L**audate  
eū in cymbalis benesonantibus lauda  
te eū in cymbalis iubilacionis om̄is  
sp̄s laudet dñm.

**R**equiem. *a.*  
Om̄is spiritus laudet dñm. *an.*  
Ego sum. *psalmus dauid.*

**B**enedictus dñs deus israel  
 qz iusitauit & fecit redemp-  
 tionem plebis sue. **E**t erexit cor  
 mi salutis nobis i domo dauid pu-  
 eri sui. **S**icut locutus est per os  
 scōz qui a scō sunt prophetarū  
 eius. **S**alutē ex inimicis nr̄is  
 & de manu om̄i qui oderunt nos.  
**A**d faciendam m̄iam cum pa-  
 tribz nr̄is & m̄corari testamenti  
 sui sc̄i. **I**n iurandū quod iura-  
 uit ad abrahā patrem nr̄m datu-  
 rum se nobis. **U**t sine timore  
 de manu inimicōz nr̄oz liberati ser-  
 uiamus illi. **I**n sanctitate et  
 iusticia coram ip̄o omnibz diebz  
 nr̄is. **E**t tu puer propheta al-  
 tissimū vocaberis preibis enim



ante faciem domini parare eius.

**A**ddandā scienciā salutis plebi  
eius in remissionem peccatorū eorū.

**Q**uoniam uisera mīe dei nr̄i in qui-  
bus uisitauit nos oriens ex alto.

**I**lluminare his q̄ in tenebris  
& in umbra mortis sedēt ad dirigē-  
dos pedes nr̄os in uiam pacis.

**R**e-  
quiem. *an̄.* Ego sum resurrectio: in-  
ta qui credit ī me etiā si mortuus fuerit

uiuet & oīs qui uiuit & credit ī me nō mo-  
rietur in eternum. *Pater nr̄. Et ne nos.*

*Sed libera. psalmus dauid.*

**D**e profundis clamaui ad te  
dñe dñe exaudi uocē meā.

**F**iant aures tue intendētes in  
uocē deprecationis mee.

**S**i iniq-  
tates obseruaueris dñe dñe quis




sustinebit **Q**uod apud te preciosa  
 est & propter legem tuam sustinui  
 te dñe. **S**ustinuit aia mea in  
 uerbo eius spauit aia mea in dño.  
**A** custodia matutina usqz ad  
 nocte speret isrl in dño. **Q**uod apud  
 dñm misericordia & copiosa apud  
 eum redemptio. **E**t ipse redimet  
 israel ex omnibz iniquitatibz ei.  
**R**equiem eter. **Ps.** A porta inferi  
**Ps.** Erue dñe aias eoz. Requiescāt in pa  
 ce. Amen. **Ps.** Dñe exaudi oracionē  
 meā. **Ps.** Et clamor mēs ad te ueniat. **oratio.**  
**Q**uesumus dñe pro tua  
 pietate misere aie fa  
 mule tue & a cōtagis mortalita  
 tis exuta in eterne saluacione  
 partem restitue. **oratio.**








**D**eus indulgentiarū dōm  
ne da aīabz famuloz famu  
larū qz tuarū quoz āmūerfarūm  
deposicionē diem cōmemorāmus  
refugērn sedē quietis beatitudinē  
summe claritatem. *Oratio.*


**D**eus in cuius misericordie  
aīe fidelium requiescunt  
familie & famulabz tuis. omībz  
hic subiqz ī xpo quiescentibz da  
propicia ueniam pccoz: ut a cunc  
tis reatibz absoluti teū sine fine  
setentur. *Per eundem.*




























45-65-15

